

SCRIPTA

Numéro Scripta : 869

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Henri, Bayeux (préchantre)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1165-1205]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, fait savoir que Henri, préchantre de Bayeux, fournira le luminaire de la grande couronne le jour de Pâques, et il étend cette obligation aux successeurs de Henri.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LXXVIII, t. 1, p. 100-101.

Dissertation critique

Episcopat d'Henri II, 1165-1205.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, et ejusdem ecclesiae capitulum, universis Christi fidelibus, salutem in Domino. Quanto cunctis Christianae fidei professoribus congruit celeberrimum dominicae resurrectionis diem celebrius honorare, tanto nos, per quos debet sollempnitas eadem sollempnitus attolli, condecet cura procurare propensiori, ut domus Dei, in qua gloriose laudes resurgentis personantur, eo die solito clarius eluceat. Hujus rei pia consideratione dilectus filius Henricus, praecentor, ad ecclesiae nostrae suspirans ornatum, nuper nobis in capitulo declaravit quod in memoria die sacratissima ad augmentum uberius laetitia annua observatione, quoad personatum cantariae gesserit, coronam ecclesiae nostrae curabit accendere cum eo honore quo tribus statutis prius sollempnitatibus solet eximius decorari. Quum igitur, hanc ejus liberalem largitionem perpetuari desiderans, ad successores eam postulavit extendi, quatinus et ipsi ex nostra institutione prescriptae devotionis exhibitionem tenerentur astricti, nos laudabili ejus desiderio promptissimum sicut decuit praebentes assensum, id ipsum confirmamus, statuantes ut quilibet in eandem cantariam illi successurus, gloriosa die dominicae resurrectionis, pari honore et horis determinatis coronam cereis coronet accensis. Et ad ejus rei tam promptam quam debitam executionem hanc memorati Henricus successoribus imponimus necessitatem, ut cum eadem dignitate, quemlibet investiri contigerit, sub nostra vel nostrorum praesentia praesentia (sic) successorum, constanti et solempni pollitione ad praedictorum observationem se nobis astringat. Satagendum enim nobis est, et omni cautela procurandum, ne quod fixa deliberatione nostra firmavit auctoritas praesumptuose infirmet cujusquam improba facilitas.